



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CIV. Ritter Heinrich von Rotetz schenkt dem Marienaltar in der Domkirche  
Hebungen aus Burgstal, im Jahre 1324.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

quoque ad hoc vocati, et rogati specialiter sunt, spectabilis Vir Dominus Bertoldus Comes de hennenberg, Nobilis Vir Hinricus Comes de Swartzeborch, nostri consanguinei; Honorabiles Viri, Segerus Prepositus Stendalgenfis, nostre curie Prothonotarius, Gherardus de Ker-cowe, Bertoldus de Buzt et Rokez, Milites nostri cum aliis fide dignis. In premifforum omnium et singulorum lucidum testimonium, nostrum sigillum presentibus de nostra certa scientia est appensum. Datum Stendal, in nostra Presentia, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>, die sancte Agnetis, per manum Hermanni de Luchowe.

**CIV. Ritter Heinrich von Roketz schenkt dem Marienaltar in der Domkirche Hebungen aus Burgstal, im Jahre 1324.**

— ego hynricus de Roktze, miles, de consensu vxoris mee et legitimorum heredum meorum, in honorem sancte trinitatis Ecclesie sancti Nycolay in Stendal XXIII<sup>o</sup>. sol. den. brand. hereditarios, sitos in villa borstel, in curia scilicet frankonis de mansis, qui mei fuerunt, vnum talentum, in curia pulemans de Cauel lignorum et de pratis III<sup>o</sup>. solidos, ad peragendum festum predictae gloriosissime trinitatis sollempniter, in pulsando, organizando, cantando et illuminando, sicut in die pasche, duxi libere erogandos, ita sane quod singulis annis predicti solidi in dominica quasi modo geniti vicario altaris sancte Marie perpetuo in eadem Ecclesia persoluentur, Et ipse quolibet anno sic distribuet, Quod duodecim solidos dabit Canonicis in choro presentialiter existentibus sub hac forma, quod de solidis duodecim tantum habebit habens mediam prebendam, sicut integram habens, Magistro scolarum vnum solidum; dominis vero vicariis in camera quinque solidi dabuntur, Domino Theaurario pro illuminatura vnus solidus, Custodi pro pulsacione vnus solidus, Organiste sex denarii, Calcantibus organa sex denarii et predicto perpetuo vicario Tres solidi, Qui singulis annis in festo Trinitatis sepedictos XXIII<sup>o</sup>. solidos distribuet, secundum formam iam literaliter pretaxatam. Pro quibus tribus solidis per predictum vicarium, assumptis sibi duobus sacerdotibus et sex scolaribus anniuersarius patris et matris mee et mei et vxoris mee annis singulis dominica quomodo geniti de uespere in vigiliis et sequenti die in missis pro defunctis sollempniter peragetur. In quorum euidentiam sigillum meum vna cum sigillo capituli Stendalensis Ecclesie duxi presentibus apponendum. Testes huius facti sunt honorabiles viri Jacob de fluden, Cryfthyan kynt, Gyfo et Wynekö de schadewachten, Johannes Gerdangi, Conradus hydden et Gottschalkus, scabini in Stendal. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>.

**CV. Die von Lüderitz entlassen Hebungen des Domstifts im Dorfe Buchholtz ihrer Gerichts-Obrigkeit, im Jahre 1324.**

— nos Conradus uidelicet et arnoldus dicti de luderitz, duo frusta in villa bukholt, in curia Bernardi medium chorum siliginis et medium ordeï pro vno frusto, in curia heynekini sculteti XVIII. modios siliginis et ordeï, in curia heynkini de dalym tres modios siliginis et tres ordeï pro secundo frusto, a nostra iurisdictione iuriditarie absoluisse coram sculteto et rusticis dicte uille bukholt